

- 5 eaque superflue repetunt que inutiliter iam dicta sunt. quamobrem,
 ut utrunque fugiendum est, ita et id magnopere curandum, ut
 non vulgaris sed moderati hominis sit sermo noster, non quoti-
 dianus sed sollemnis atque festivus, et qui in publicum prodire non
 10 formidet, quique, dum unicuique proximus et facilis ut assequi
 possit videatur, a nemine certe vel paucis pertingi^(a) queat. lenem
 autem et planam orationem admonui, propterea quod communior
 omnibus et rebus sit et temporibus, quanvis et in illo vehemen-
 tiore^(b) dicendi genere, ubi^(c) maior eloquentie vis appareat, non
 15 inutile sit exerceri, per quod cause in iudiciis aguntur. sed hic
 mos apud nostros plane iam in desuetudinem concessit quando
 causas agitent, a quibus alienissima est orandi facultas. conscriptis
 namque tabellis, et conquisitis, ut quisque potuit, legibus, non ora-
 tionibus, controversie in foro diiudicantur. sed an satis sanus
 20 sum, qui me brevibus litteris sperem dicendi facultatem traditurum?
 quod quidem neque^(d) spero neque in presens agito. verum hec
 generalia quedam precepta collegi, tibi quidem non inutilia futura,
 michi vero iocunda memoratu; cetera que ad artem spectent cum
 apud alios tum maxime apud eloquentie fontem Ciceronem invenies.
 25 ante omnia tamen meminisse^(e) oportet, habere quidem naturam in
 rebus omnibus vim magnam sed in hoc negotio precipuam, ut michi
 quidem frustra laborare videatur, si cui^(f) negata est ab natura
 facundia; contraque, quibus est hoc semen innatum, hi facile possint
 doctrina studioque clari fieri. ars namque multum, exercitatio
 30 magis, natura preter cetera plurimum ad hanc rem confert⁽ⁱ⁾. in qua
 tamen est^(g) ut bene de te speres; ut natura quidem omnia, que^(h) ad
 integrum hominem exigantur, dederit tibi, fortuna plurima, tute
 ipse ut perfectus evadas, nichil tibi remittas. hoc est de te iudi-
 cium meum, hec spes. vale. Padue⁽ⁱ⁾, .xviii. kalendas septem-
 30 bris 1396.

E il discorso si solleva dalla volgarità; sia elegante e vivace.

La semplicità è appropriata a tutte le circostanze, laddove la sublimità è riservata allo stile giudiziario, il quale, del resto, nelle presenti condizioni dei tribunali, ha ben poco campo di esercitarsi.

Ma è pazzia trattar dell'oratoria in una lettera;

gli bastino questi pochi precetti, che approfondirà, leggendo Cicerone.

Senonché, nell'eloquenza vale soprattutto la facoltà naturale;

alla quale aggiungendo l'esercizio, coi molti mezzi che gli offre la fortuna, Lodovico conseguirà lo scopo pienamente.

(a) P contingi (b) G vehementer (c) P ubique (d) C quidem ego neque
 (e) B me meminisse *ma me cancellato d'altra mano.* (f) BG videatur ille cui (g) C in
 qua tantum est (h) G quidem viam que (i) B cancella nel testo Iustinopoli e mette
 nel marg. Padue C om. Padue PG Padue

(1) Cf. M. FAB. QUINT. *Inst. Orat.* II, XIX: «Utrum plus eloquentiae
 «an ars an natura confert».